



**CARMINA.**

**BERNARDI ZAMAGNÆ**

**E SOCIETATE JESU.**

**ELEGIA I.**

**AD AQUAS VITERBIENSES, QUUM IPSIS UTERETUR  
ROGERIUS BOSCOVICHUS.**

**L**ymphæ, quæ Cimini Thuscis e collibus ortum  
 Ducitis, & medicam gurgite fertis opem,  
 Quam non Phillyrides Chiron, non ille Machaon,  
 Nec dedit Arsinoes incluta progenies;  
 Florea sic circum vos semper gramina vident,  
 Sic vobis calido rore ministret aquas,  
 Omnigenos contra morbos bona femina miscens  
 Dædala frugifero terra parens gremio;  
 Nunc fluite o faciles, nunc vestro in flumine sacro  
 Alma salus præses lætitiæ insideat.  
 Ille meus flos pieridum, flos ille leporum,  
 Ipsius atque ipsum delictum Uranies,